



SCAMILLI IMPA-
RES VITRUVIANI

A

BERNARDINO

BALDO

EXPLICATI.



Camillos impares Vitruvianos explicaturi, à re-
haud alienum esse duximus primo loco Vitru-
vii verba, tum demum ea quæ Gulielmus Phi-
lander, Daniel Barbarus, & Baptista Bertanus
commenti sunt, in medium afferre. Ita igitur
Vitruvius l. 3. cap. ultimo.

*Sin autem circa ædem ex tribus laceribus podium faciendum erit, ad
id constituatur, uti quadra, spira, trunci, corona, lysis, ad ipsum stylo-
batam, qui erit sub columnarum spiris, conueniant. Stylobatam ita oportet
exaquari, uti habeat per medium adiectionem per Scamillos impares:
si enim ad libellam dirigetur, alueolatus oculo videbitur. Hoc autem uti
Scamilli ad id conuenienter fiant, item in extremo libro forma, & demon-
stratio erit descripta.*

Item libro quinto cap. 9.

SI corinthia erit (de columna loquitur) scapus, & spira uti in Io-
nica: Capitulum autem, uti in quarto est scriptum, ita habeat ratio-
nem:

A 2

nem: